

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Contemplacio ac
cum fonte primo

Iste actiuus suscipiendo peregrinum,
uestiendo nudum, gubernando subiectum,
redimendo captivum, tuendo uolenter oppressum,
iugiter se ab omnibus iniquitatibus suis emaculat
et uitam suam bonorum operum fructibus ditat.

Prosper ibidem (libro I. de uita contemplatiua).

Iste suscipiendo peregrinum,
vestiendo nudum, gubernando subjectum,
redimendo captivum, tuendo violenter oppressum,
iugiter se ab omnibus iniquitatibus suis emaculat,
et vitam suam bonorum operum fructibus ditat;
ille facultatibus suis in usus pauperum distributis,
simul se exspoliavit mundo,
et admovit se totis viribus coelo;
res mundi mundo projecit,
et se ipsum devota mente Christo restituit,
a quo immortales divitias sibi dari orat, ut pauper;
protegi se quotidie postulat, ut infirmus;
immortalitatis indumento vestiri cupid, ut nudus;
defendi se ab impugnatione
invisibilium hostium supplicat,
ut fragilitate carnis oppressus,
et coelestem sibi donari patriam desiderat,
ut peregrinus.

Iulianus Pomerius, *De uita contemplatiua*, 1.12.1
(PL 59, col.428B-C).